

DZIESIĘĆ DOKUMENTÓW
ZWIĄZANYCH Z UTWORZENIEM DIECEZJI TARNOWSKIEJ

WYDAŁ KS. BOLESŁAW KUMOR

Dnia 9 IV 1785 r. kapituła katedralna krakowska na zwyczajnym posiedzeniu tygodniowym wybrała ze swego grona ks. Józefa Olechowskiego, archidiacona i ks. Szczepana Hołowczyca, kanonika jako pełnomocników do rozmów z rządem austriackim w sprawie podziału diecezji krakowskiej i erekcji diecezji tarnowskiej (dok. nr 1). Pełnomocnikiem ze strony władz austriackich był ks. Florian Amand Janowski, opat tyniecki. Rozmowy toczyły się w Warszawie, jako że ordynariuszem diecezji w charakterze administratora apostolskiego był brat królewski, prymas Michał Jerzy Poniatowski, rezydujący z reguły w Warszawie. Pertraktacje przeciągnęły się prawie do 3 miesięcy, a to ze względu na bardzo niejasną i ogólną instrukcję wiedeńską dla opata Janowskiego. W dniu 4 lipca 1785 r. doszło w Warszawie do podpisania umowy między prymasem Poniatowskim i przedstawicielami kapituły krakowskiej z jednej, a opatem Janowskim jako przedstawicielem władz austriackich z drugiej strony. Umowa ta (dok. nr 2) wyrażała konsens prymasa Poniatowskiego i kapituły krakowskiej na podział tejże diecezji, normowała sprawy gospodarcze biskupstwa i kapituły związane z cesją terenów i dóbr galicyjskich biskupstwa oraz przewidywała jednorazową wypłatę w gotówce 400 000 złp. przez rząd austriacki na rzecz biskupstwa i uniwersytetu krakowskiego tytułem odszkodowania za utracone dobra w Galicji.

Ratyfikacja umowy cesyjnej przez dwór wiedeński nastąpiła już w dniu 3 VIII 1785 r. (dok. nr 3). W dniu 15 VIII 1785 r. donosił o niej ks. Kaunitz kard. Herzanowi w Rzymie, który z ramienia Austrii zabiegał w Rzymie o erekcję biskupstwa w Tarnowie i równocześnie prosił o przyspieszenie negocjacji w kurii papieskiej w sprawie utworzenia tegoż biskupstwa¹. W dniu 25 VIII 1785 r. Gubernium Lwowskie powiadomiło prymasa Poniatowskiego o ratyfikacji układu przez dwór wiedeński (dok. nr 4). Odtąd sprawy w Rzymie potoczyły się stosunkowo szybko. Już w dniu 5 IX 1785 r. Kongregacja Konsystorialna potwierdziła ugodę z dnia 5 VIII 1785 r., zawartą między prymasem Poniatowskim i kapitułą krakowską a pełnomocnikiem rządu wiedeń-

¹ F. Maass: *Der Josephinismus*. Quellen zu seiner Geschichte in Oesterreich 1760—1790, Bd 2, Wien 1953 nr 221 s. 440—441 (15 VIII 1785).

skiego, oraz stwierdziła konieczność i potrzebę utworzenia diecezji w Tarnowie (De necessitate et utilitate eiusdem civitatis Tarnoviensis erectionis in episcopatum — dok. nr 5). Ponieważ Rzym zażądał osobnej zgody administratora diecezji krakowskiej prymasa Poniatowskiego i kapituły na erekcję biskupstwa w Tarnowie, dlatego taki dokument wystawiły obydwie strony w dniu 18 X (kapituła krakowska) i 20 X 1785 r. (prymas Poniatowski — dok. nr 6).

W dniu 3 XI 1785 r. ces. Józef II zwrócił się w osobistym liście do pap. Piusa VI z prośbą o erekcję diecezji tarnowskiej i prekonizację na jej pierwszego pasterza ks. Jana Duwala, dotychczasowego wikariusza generalnego dla galicyjskiej części diecezji krakowskiej (dok. nr 7). W następstwie tych zabiegów Kongregacja Konsystorialna dekretem z dnia 5 XI 1785 r. poleciła nuncjaturze wiedeńskiej przeprowadzić proces informacyjny w sprawie utworzenia diecezji w Tarnowie (dok. nr 8), a dnia 18 XI 1785 r. wydała dekret *Sanctissimo domino nostro*, w którym zawarła wszystkie postanowienia późniejszej bulli papieskiej, erygującej diecezję tarnowską (dok. nr 9). Dokument ten, składający się z 13 rozdziałów, traktował o supresji kolegiaty tarnowskiej pw. Narodzenia NMP i wyniesieniu jej do godności katedry (1), wyłączeniu galicyjskich terenów diecezji krakowskiej i utworzenia z nich biskupstwa w Tarnowie z załączeniem wykazu dekanatów i parafii (2, 3), uposażeniu biskupstwa i jego rezydencji (4, 5), strukturze organizacyjnej i uposażeniu kapituły katedralnej oraz jej statutach (6, 7, 8), przynależności metropolitalnej nowej diecezji (9), prawach patronatu i nominacji dla cesarza (10), taksy z nowego biskupstwa dla kamery apostolskiej (11), o treści przyszłej bulli erekcyjnej (12) i delegacie apostolskim do wykonania tejsze bulli, którym miał być nuncjusz wiedeński (13).

Dekret ten przesłał kard. Herzan do Wiednia do opinii władz państwowych, a w dniu 28 XI 1785 r. złożył w kurii papieskiej obszerny memoriał w sprawie formalnego utworzenia biskupstwa w Tarnowie. Do memoriału, obejmującego 10 kart in folio, dołączył kopie wspomnianych uprzednio dokumentów łącznie z kopią dekretu z 5 IX 1785 r.² Sprawa została przyjęta pozytywnie do tego stopnia, że już w dniu 5 XII tr. mógł kardynał donieść do Wiednia, że „sprawa erekcji biskupstwa w Tarnowie będzie załatwiona w najbliższym czasie“³.

Tymczasem przesłany do Wiednia dekret Kongregacji Konsystorialnej z dnia 18 XI 1785 r. wzbudził u ks. Kaunitza małe zastrzeżenia. W dekreście bowiem były użyte słowa o zakonach wyjętych — „*religiosi exempti*“ oraz że w kapitule tarnowskiej na przyszłość winny być utworzone prebendy teologa i penitencjarza. Według zaś prawodawstwa józefińskiego egzempcje zakonne zostały zniesione a same zakony podporządkowane ordynariuszom (1785)⁴, w kapitułach natomiast organizowanych przez władze austriackie nie tworzone wspomnianych prebend kanonickich. W związku z tym ks. Kaunitz przesłał w dniu 22 XII 1785 r. specjalną notę w tej sprawie do Zjednoczonej Kancelarii Nadwornej i sugerował, by w przyszłej bulli papieskiej opuścić słowa „*religiosi exempti*“, zaś sprawę erekcji prebend teologa i penitencjarza zlecić przyszłemu biskupowi. W takim samym duchu wypowiedziała się Nadworna Komisja Duchowna do ces. Józefa II i po uwzględnieniu tych zastrzeżeń proponowała

² HHSt. Wien. Geistliche Agentie-Akten, 6 — Erezioni nella Monarchia di s. Ippolito, Linz, Tarnovia (Memoriał kard. Herzana — 28 XI 1785).

³ Allgemeines Verwaltungsarchiv. Wien. Alte Kultus Akten, Fasc. 144. Nr 74 ex Januario 1786 (Kard. Herzan do ks. Kaunitza — 7 XII 1785).

⁴ F. Maass, dz.c., Bd 2 nr 89 s. 265—267 (27 VII 1781).

udzielenie placetum regium dla dekretu (24 XII 1785)⁵. W tym samym dniu ces. Józef II udzielił dekretowi kongregacji placetum regium, przy utrzymaniu zastrzeżeń wysuniętych przez ks. Kaunitza. W dniu 26 XII tr. ks. Kaunitz przesłał swoje uwagi na temat dekretu kard. Herzanowi w Rzymie⁶.

Sprawa ostatecznego wygotowania bulli erekcyjnej dla Tarnowa w Rzymie odwlokła się nieco ze względu na śmierć nominata cesarskiego ks. Jana Duwala (13 XII 1785). Dla nowego nominata cesarskiego, ks. F.A. Janowskiego (24 XII 1785)⁷ trzeba było przedstawić w Rzymie dekret nominacyjny i przeprowadzić proces informacyjny⁸. Ten pierwszy wprawdzie został ogłoszony jeszcze w grudniu tr., ale dopiero w dniu 22 II 1786 r. zwrócił się ces. Józef II w osobistym liście do pap. Piusa VI w sprawie prekonizacji opata Janowskiego na biskupstwo tarnowskie. Prosił też o zarezerwowanie jemu i jego następcom prawa nominacji biskupów i kanoników w Tarnowie oraz wyznaczał uposażenie dla biskupstwa, kapituły i konsystorza (dok. nr 10).

Były to już końcowe zabiegi Wiednia o utworzenie biskupstwa w Tarnowie, wlokące się prawie od 10 lat. W dniu 13 III 1786 r. pap. Pius VI na mocy bulli *In suprema beati Petri cathedra* powołał nową diecezję do życia⁹. Trzeba też dodać, że dezyderaty wiedeńskie zostały uwzględnione w bulli papieskiej łącznie z opuszczeniem słów „religiosi exempti“. Publikowane niżej dokumenty zostały przygotowane do druku w oparciu o oryginały lub też współczesne, wierzytelne kopie. Ich wartość do poznania procesu tworzenia nowych diecezji na ziemiach polskich przez państwo załobne jest duża. Trzeba i to dodać, że publikowane dokumenty są przechowywane w państwowych archiwach austriackich w Wiedniu i w Bibliotheca Apostolica Vaticana w Rzymie.

DOKUMENTY

Nr 1

Pełnomocnictwo kapituły krakowskiej.

Kraków, 9 IV 1785.

Kapituła katedralna krakowska na zwyczajnym posiedzeniu tygodniowym upoważnia ks. Józefa Olechowskiego, archidiakona i ks. Szczepana Hołowczyca, kanonika do rozmów z pełnomocnikiem rządu austriackiego na temat podziału diecezji krakowskiej i erekcji z jej terytorium galicyjskiego biskupstwa w Tarnowie.

Or. nie znany.

Kop. AKMK (Archiwum Kapituły Metropolitalnej w Krakowie). *Acta actorum Capituli Cathedralis Cracoviensis*, vol. 25 s. 680—684 (wg or.).

⁵ Allgemeines Verwaltungsarchiv. Wien. Alte Kultus Akten. Fasc. 144. Nr 74 ex Januario 1786 (Nota ks. Kaunitza z dnia 22 XII 1786; Wniosek Nadwor. Komisji Duchownej do ces. Józefa II — 24 XII 1786; Decyzja ces. Józefa II — 24 XII 1786).

⁶ F. Maass, dz.c., Bd 2 nr 229 s. 444 (26 XII 1785).

⁷ B. Kumor: *Dzieje polityczno-geograficzne diecezji tarnowskiej*, Lublin 1958 s. 46.

⁸ Allgemeines Verwaltungsarchiv. Wien. Alte Kultus Akten. Fasc. 144. Nr 476 ex Februario 1786 (Nota ks. Kaunitza — 20 I 1786).

⁹ B. Kumor, dz.c., s. 111—127.

Praelati et canonici totumque Capitulum Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis. Universis, quorum interest aut quomodolibet interesse poterit, ad notitiam deducimus. Cum a Celsissimo et Reverendissimo Domino Michaelae principe Poniatowski archiepiscopo Gnesnensi, legato nato, primate Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae primoque principe, episcopatus Cracoviensis cum plena iurisdictione administratore¹⁰ significatum nobis accepimus, quod Sacratissima Caesareo-Regia Majestas Apostolica erectionem novi episcopatus Tarnoviensis in ea parte dioecesis Cracoviensis, quae in Regnis Galiciae et Lodomeriae continetur, servatis de iure servandis, effectuari cupiens, super negotio erectionis eiusmodi ac mediis compositionis et exsequationis inde resultantis abinvicem ineundae et stipulandae, cum Sua Illustrissima Celsitudine, qua administratore episcopatus Cracoviensis, ac cum delegatis capituli nostri, uti respectu totius dioecesis et episcopatus Cracoviensis multiplicia iura ex praescripto legum eidem competentia habentis et possidentis, per plenipotentiarium ad id specialiter deputatum tractari constituerit, ac contemporanee cum Nobis innotuerit, venisse iam Cracoviam Illustrissimum ac Reverendissimum Florianum Amandum Janowski abbatem Tinecensem ordinis s. Benedicti¹¹, plenipotentia Excelsi Caesareo-Regii Gubernii Regnorum Galiciae et Lodomeriae ad tractandum et comparandum super praemissis munitum et autorisatum cum commissione pergendi Varsaviam, ut ibi cum Sua Illustrissima Celsitudine et delegatis capituli nostri praemissa pertractet, componat, ac interimaliter, salva ratificatione, concludat.

Proinde Nos, qui supra praelati et canonici totumque Capitulum Cathedrale Cracoviense, tam votis Sacratissimae Majestatis Imperatoriae, quantum in Nobis est satisfacere desiderantes, quam requisitioni et mandato Suae Illustrissimae et Reverendissimae Celsitudinis, in datis super eo ad Nos litteris expresso, in delegatos et plenipotentiarios Capituli Nostri Perillustris et Reverendissimos Dominos Josephum Olechowski archidiaconum¹² et Stephanum Holowczyc canonicum¹³ confratres nostros de gremio nostro, cum omnibus et universis facultatibus ad praedictorum effectum necessariis, deputavimus et elegimus. Dantes et concedentes iisdem Perillustribus, Reverendissimis Dominis plenipotentiaris nostris plenam et omnimodam potestatem iunctim cum Sua Illustrissima Celsitudine, qua episcopatus Cracoviensis administratore, super erectione novi episcopatus Tarnoviensis sub beneplacito S. Sedis Apostolicae, cum praenominato plenipotentiaro Excelsi Gubernii Caesareo-Regii Regnorum Galiciae et Lodomeriae, tum super mediis amicabilem compositionis, exsequationis et iurium ac emolumentorum Capituli Nostri compensationis tractandi, conditiones et articulos reciproce faciendos proponendi et acceptandi, de conventis et acceptatis certificatum interimale a praefato Illustrissimo plenipotentiaro Excelsi Gubernii Caesareo-Regii expectandi et requirendi, et reciproce simile certificatum interimale nomine Ca-

¹⁰ Michał Jerzy Poniatowski, brat króla Stanisława, biskup plocki (1773–1785), administrator diecezji krakowskiej i koadiutor z prawem następstwa (1775–1790), arcybiskup gnieźnieński (1785–1794). Zmarł 12 VIII 1794.

¹¹ Florian Amand Janowski, opat tynecki (1762–1786), pierwszy konsekrowany biskup tarnowski (1786–1801).

¹² Józef Olechowski, archidiacon kapituły krakowskiej (1767), administrator diecezji, biskup pomocniczy krakowski (1786–1806).

¹³ Szezeban Holowczyc, kanonik kapituły krakowskiej, biskup sandomierski (1818–1819), arcybiskup warszawski (1819–1823).

pituli Nostri, salva ratificatione a quo de iure expetenda, exarandi, ac eidem Illustrissimo plenipotentiaro consignandi, ceteraque omnia cum praerecensito negotio quomodolibet connexa et inde emergentia, gerendi, paciscendi et stipulandi.

Promittentes pro rato et grato Nos acceptaturos, quidquid per memoratos Perillustres Reverendissimos Dominos plenipotentiaros Nostros, iunctim cum Sua Illustrissima Celsitudine agere obligatos, occasione praemissae erectionis episcopatus Tarnoviensis, ac compositionis, exsequationis et compensationis iurium ex emolumentorum Capituli Nostri cum saepedicto Illustrissimo plenipotentiaro Excelsi Caesareo-Regii Gubernii Regnorum Galiciae et Lodomeriae, sub salva ratificatione a quo de iure impetranda, gestum, pactum, conventum et ultrocitroque stipulatum fuerit. In quorum ——. Dedimus Cracoviae in stuba capitulari Ecclesiae Cathedralis sub die 9 mensis aprilis anno Domini 1785. Franciscus Belina Ossowski custos cathedralis Cracoviensis nomine Reverendissimi Capituli, pro tunc praesidens¹⁴.

Nr 2

Umowa w sprawie podziału diecezji krakowskiej.

Warszawa, 4 VII 1785.

Prymas Michał Jerzy Poniatowski, jako administrator diecezji krakowskiej i pełnomocnicy kapituły krakowskiej z jednej, oraz opat Florian Amand Janowski, jako pełnomocnik rządu austriackiego, z drugiej strony zawierają umowę, mocą której obydwie strony zgadzają się na podział diecezji krakowskiej i utworzenie biskupstwa w Tarnowie. Prymas i kapituła odstępują dobra biskupstwa krakowskiego w Galicji na rzecz nowej diecezji. Rząd austriacki zgadza się na przekazanie dóbr duchowieństwa galicyjskiego w Polsce na rzecz biskupstwa i uniwersytetu w Krakowie oraz obydwom instytucjom zobowiązuje się wypłacić w formie odszkodowania 400 000 złp. (100 000 flor. reń.).

Or. HHSt. Wien (Haus- Hof- und Staatsarchiv. Wien). Repertorium I 1701—1800. Bd 12. Dok. perg.

Kop. 1. AKMK. Acta actorum Capituli Cathedralis Cracoviensis vol. 25 s. 618—620, 636—639; 2. HHSt. Wien. St.A. 13 Polen III, 71 Innere Verwaltung 1772—1803 k. 267—268'; 3. Allgemeines Verwaltungsarchiv. Wien. Alte Kultus Akten. Fasc. 134 Nr 468 ex Julio 1785; 4. BAV (Bibliotheca Apostolica Vaticana, Rzym). Proces. consist. vol. 187. Processus — R.D. Joannis Duwal — 1785 k. 318—318'; 5. Archiwum Diecezjalne w Tarnowie. P. Brodziński: Illustr. ac Rev. D. Joannus a s. Facundo Beyer — pro novo anno 1818 s. 35—38.

Cum Augustissimus Josephus II Romanorum imperator¹⁵ erectionem novi episcopatus Tarnoviensis in ea parte dioecesis Cracoviensis, quae intra fines ditionum suarum continetur, effectuari cupiens, intellecta iam ea in re Summi Pontificis Romani prona ad vota sua voluntate, propositiones praeliminares compositionis amicabilem super negotio erectionis huiusmodi, ac super mediis compositionis et exsequationis ex hac occasione dismembrandorum et cedendorum etiam temporalium, inter Excelsum Gubernium Regnorum suorum Ga-

¹⁴ Franciszek Ossowski h. Belina, kanonik sandomierski, kustosz kapituły krakowskiej, autor „Życie, cuda i dzieje kanonizacji św. Jana Kantego”. Zmarł 6 I 1788.

¹⁵ Ces. Józef II (1780—1790).

liciae et Lodomeriae per Illustrissimum et Reverendissimum Florianum Amandum Janowski abbatem Tinecensem ordinis s. Benedicti¹⁶, uti specialiter deputatum plenipotentiarium nomine eiusdem Gubernii agentem ex una, et Celsissimum ac Reverendissimum Dominum Michaellem principem Poniatowski archiepiscopum Gnesnensem, legatum natum, primate Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae primumque principem, qua administratorem episcopatus Cracoviensis¹⁷ et Reverendissimum Capitulum Cathedrale Cracoviense, per infrascriptos Perillustres, Reverendissimos Dominos Josephum Olechowski archidiaconum¹⁸ et Stephanum Holowczyc canonicum¹⁹ cathedrales Cracovienses specialiter plenipotentiariorum representatum, ab altera partibus, stipulari et concludi disposuerit.

Proinde, quas exhibitis sibi et mutuo communicatis plenipotentiarum suarum tabulis, propositiones in tractando se cum supra nominati Celsissimus Princeps Administrator et Reverendissimi respective tres plenipotentiarum, sub ratificatione a quo de iure impertienda, ab invicem acceptarunt, praesenti certificato interimali per omnes subscripto, ac sibi reciproce in separatis duplicatis originalibus dato declarant.

Primo. Quod Celsissimus Princeps Primas, qua administrator episcopatus Cracoviensis, et Reverendissimum Capitulum Cathedrale Cracoviense, votis Sacratissimae Caesareo-Regiae Apostolicae Majestatis satisfaciunt, consensum suum in separationem dioecesis Cracoviensis iuxta limites Regnorum Galiciae et Lodomeriae atque in erectionem episcopatus Tarnoviensis, sub approbatione Sanctae Sedis Apostolicae, offerunt.

Secundo. Quod cum Illustrissimus Excelsi Gubernii plenipotentiarum fine separationis et cessionis temporalium quoque episcopatus et Capituli Cracoviensis in Galicia exstantium, ac eorum compensationis, cessionem bonorum, realitatum, summarum, decimarum et iurium, nec non omnium eorum, sine ulla exceptione, quae clerus Gallicianus et quaevis claustra et monasteria dictorum Regnorum (Galiciae et Lodomeriae) in Polonia possident, episcopatu et capitulo Cracoviensi pro indemnisatione cum omni iure, atque cum indilata eorum possessione, nihil quidquam reservando, salva ratificatione, assecuret. Idcirco intuitu huius cessionis reciproce etiam Celsissimus Princeps Administrator et Reverendissimum Capitulum Cathedrale Cracoviense in separationem ab episcopatu et capitulo Cracoviensi omnium bonorum episcopaliurn et capitularium, in dictis Regnis sitorum, tum summarum, decimarum et iurium quorumvis ad eundem episcopatum et capitulum spectantium, consentiunt et vicissim cessionem sub ratificatione assecurant.

Tertio. Quod cum summam centum millium florenorum Rhenensium, sive gradringentorum millium florenorum Poloniarum, titulo meliorandae compensationis, Illustrissimus plenipotentiarum nomine Caesareo Regii Gubernii pro indemnisatione tam episcopatus, quam Universitatis Cracoviensis, semel pro semper exsolvendam, salva ratificatione, appromittit et spondet, Celsissimus Princeps Administrator et Reverendissimum Capitulum Cracoviense eandem hos in usus destinandam convertendam fore pollicentur. In quorum fidem praesens interimale reciprocum certificaturn, sub ratificatione, ut praemissum est, impertienda, partes praenominatae manibus propriis cum im-

¹⁶ Florian Amand Janowski — zob. przyp. nr 11.

¹⁷ Michał Jerzy Poniatowski — zob. przyp. nr 10.

¹⁸ Józef Olechowski — zob. przyp. nr 12.

¹⁹ Szczepan Holowczyc — zob. przyp. nr 13.

pressionem sigillorum subscripserunt, ac sibi abinvicem in duplicatis uniformibus originalibus tradiderunt. Datum Varsaviae die 4 mensis iulii anno Domini 1785. Michael princeps Poniatowski —, Florianus Amandus Janowski —, Josephus Olechowski —, Stephanus Hołowczyc —.

Nr 3

Potwierdzenie układu przez cesarza Józefa II.

Wiedeń, 3 VIII 1785.

Ces. Józef II potwierdza układ warszawski z dnia 4 VII 1785 r. w sprawie podziału diecezji krakowskiej i utworzenia biskupstwa w Tarnowie.

Or. nie znany.

Kop. AKMK. *Acta actorum Capituli Cathedralis Cracoviensis vol. 25 s. 639—640 (wg or.).*

Nos Josephus II divina favente clementia electus Romanorum imperator semper Augustus²⁰ — Ad Vestram Leopoli²¹ sub dato 8 iulii praesentis anni 1785 Nobis demisse factam relationem cum accluso instrumento in originali, quod pro separanda dioecesi episcopatus Cracoviensis in Regno Galiciae et Lodomeriae sita, nec non erigendo episcopatu Tarnoviensi, ac ceteris connexis, sub dato Varsaviae 4 iulii 1785 confectum est, benigne respondemus, quod super mox dictum instrumentum, et in eo rite celebratum pactum, sub conditionibus ibi expressis, Nostram regiam praesentibus largiamur ratihabitionem, volentes, ut omnimodi per vestros conatus negotium hoc maturetur, iuxta Vobis praescriptos terminos, in celerem finem. Dabamus in civitate Nostra Viennae die 3 mensis augusti anno 1785, Regnorum Nostrorum, Romani imperii 25, haereditatum vero 5.

Nr 4

Powiadomienie o ratyfikacji układu warszawskiego.

Lwów, 25 VIII 1785.

Gubernium Lwowskie powiadamia prymasa Poniatowskiego, jako administratora diecezji krakowskiej, i kapitułę krakowską, że ces. Józef II zatwierdził układ warszawski w sprawie podziału diecezji krakowskiej.

Or. nie znany.

Kop. AKMK. *Acta actorum Capituli Cathedralis Cracoviensis vol. 25 s. 635—641 (wg or.).*

Inter tot et tanta, quae curas Augusti imperatoris et regis Josephi II in ditionibus suis accupant omnino, eminent negotia pro religionis christianae catholicae incremento, Ecclesiae bono et animarum per curam pastorum salute. Unde est, quod ex mandato Augusti praevis instructis, quo fieri oppor-

²⁰ Ces. Józef II (1780—1790).

²¹ Lwów, stolica woj. ruskiego (do 1772), stolica Galicji i siedziba gubernatora, a następnie namiestnika cesarskiego, stolica woj. lwowskiego (1918—1945), stolica obwodu lwowskiego na Ukrainie Radzieckiej (od 1945).

tebat de iure et observantia legali, super erigendo novo episcopatu in Tarnów, civitate sita in ea parte dioeceseon, quam episcopatus Cracoviensis hactenus intra Regni Galiciae et Lodomeriae limites possedit, inter Gubernium Leopoli ex una, et altera vero parte inter Celsissimum ac Reverendissimum Principem Poniatowski archiepiscopum Gnesnensem, legatum natum, primatem Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae primumque principem, qua administratorem Cracoviensis episcopatus²², nec non inter idem capitulum cathedrale per ablegatos rite et legitime instructos, verum pactum actu praeliminari celebratum fuerit, tenore sequenti:

(Następuje dok. nr 2)

Et quoniam Augustus de super facta relatione hoc pactum, pro quanto eius assequendo fine totius negotii, per rescriptum peculiare clementer rati-habuit, quod sub dato Vindobonae die 3 mensis augusti 1785 ita sonat:

(Następuje dok. nr 3)

Idcirco de ha ratihabitione clementissima Nos infrascripti ex speciali mandato Augusti certiorum reddimus Celsissimum ac Reverendissimum Dominum principem Poniatowski archiepiscopum Gnesnensem, legatum natum, primatem Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae primumque principem, qua administratorem episcopatus Cracoviensis, nec non Reverendissimum Capitulum Cathedrale Episcopatus Cracoviensis. Ex quorum parte Nobis instrumentum a Celsissimo ac Reverendissimo Domino Principe Poniatowski atque ab omnibus membris capituli, individualiter ceu sigillatim subscriptum, iuxta tenorem saepememorati pacti pariter extraditum est.

Pollicentes praeterea, quod stipulata solutio 100 mille flor. Rhenensium pro augmento compensationis tum fiet indilate, quum de erectione episcopatus Tarnoviensis constabit. Pro fide horum ——. Dabamus Leopoli in Regno Galiciae die 25 mensis augusti 1785. H. Josephus comes Brigido ——.

Nr 5

Dekret Kongregacji Konsystorialnej.

Rzym, 5 IX 1785.

Pap. Pius VI za pośrednictwem Kongregacji Konsystorialnej, dekretem Exposuit humiliter, potwierdza umowę warszawską z dnia 4 VII 1785 r. w sprawie podziału diecezji krakowskiej.

Or. nie znany.

Kop. BAV. Proces. consist. vol. 187. Processus R.D. Joannis Duwal — 1785 k. 318—319; tytuł wpisu: Cracoviensis cessionis et approbationis concordia (wg or.).

Exposuit humiliter Sanctitatis Suae²³ R.D. Michael Poniatowski archiepiscopus Gnesnensis, quod cum ipse utpote cathedralis ecclesiae Cracoviensis administrator, Sacro- Caesareae et Apostolicae Majestatis votis in novi Tarnoviensis episcopatus erectionem, qui in ea parte constabit dioecesis Cracoviensis, quae in Regnis Galiciae et Lodomeriae comprehenditur, obsecundare

²² *Michał Jerzy Poniatowski — zob. przyp. nr 10.*

²³ *Pap. Pius VI rządził Kościołem w latach 1775—1799.*

velit, inter ipsummet archiepiscopum Gnesnensem, utpote cathedralis ecclesiae Cracoviensis administratorem una cum eodem capitulo Cracoviensi ex una, et plenipotentiarium Gubernii Caesarei Leopoliensis ex altera partibus, propositis quibusdam utrinque articulis res isthae erectionis praefati episcopatus pertractata est iuxta instrumentum sub beneplacito Sedis Apostolicae confectum, tenoris videlicet sequentis:

(Następuje dok. nr 2)

Cum autem idem Gnesnensis archiepiscopus, utpote praefatae cathedralis ecclesiae Cracoviensis administrator, eandem Sanctitatem Suam enixe supplicaverit, ut praefatum cessionis et concordiae instrumentum de apostolicae potestatis plenitudine confirmare dignetur. Sanctissimus dominus noster ea, qua potest vigilantia et sollicitudine in quamlibet ecclesiam, et quantum in Domino fas est, spirituali populorum utilitati prospiciens et cupiens, piis etiam Sacro- Caesareae et Apostolicae Majestatis votis obsecundare intendens, de apostolicae potestatis plenitudine saepedictum cessionis et concordiae instrumentum cum omnibus et singulis in eodem contentis, ad mei infrascripti relationem, benigne approbare et confirmare dignatus est, mandavitque expediri decretum ac referri inter acta Sacrae Congregationis Consistorialis. Datum Romae hac die 5 mensis septembris anno Domini 1785. Petrus M. Nigronus Sac. Congr. Consist. secretarius ²⁴.

Nr 6

Ratyfikacja umowy warszawskiej.

Warszawa, 18 X 1785.
Kraków, 20 X 1785.

Prymas M.J. Poniatowski, jako administrator diecezji krakowskiej, i kapituła katedralna krakowska zatwierdzają umowę warszawską z dnia 4 VII 1785 r. w sprawie podziału diecezji krakowskiej i utworzenia biskupstwa w Tarnowie.

Or. — zob. dok. nr 2.

Kop. AKMK. *Acta actorum Capituli Cathedralis Cracoviensis vol. 25 s. 641—647 (wg or.).*

Cum inter Nos infrascriptos et Excelsum Gubernium Leopoliense in Regnis Galiciae et Lodomeriae sub dato Varsaviae die 4 iulii 1785 instrumentum praeliminare cum pacto de cedenda dioecesi Cracoviensi intra limites Regni Galiciae extensa, et quae porro circa hoc negotium gesta sunt per delegatos ex utraque parte, sufficienter instructos, rite confectum sit, ut sequitur:

(Następuje dok. nr 2)

Et quoniam praeterea de clementissima ratihabitione gestorum a Josepho II divina favente grati clementia electo Romanorum imperatore semper Augusto — — per supradictum Gubernium peculiari exarato actu ratihabitionis Augusti Imperatoris et Regis sub dato 3 mensis augusti 1785 certiores facti sumus.

²⁴ Piotr Maria Nigronus, sekretarz Kolegium Kardynalskiego (od 1770), sekretarz Kongregacji Konsystorskiej; zwolmony z urzędu w 1814 r.

Ea propter denuo spondemus praesentibus litteris omnia et singula in supramemorato instrumento omnino adimplere, et, quanto citius fieri potest, cessam partem dioeceseos episcopatus Cracoviensis, intra limites Galiciae sitam, nec non erectionem episcopatus Tarnoviensis separata tandem dioecesis, quantum a Nobis pendet, erga complementum stipularum conditionum pro meliori promovere. In quorum fidem ——. Subscripti Varsaviae die 18 mensis octobris 1785 Michael princeps Poniatowski²⁵ ——. Subscriptissimus Cracoviae die 22 mensis octobris 1785 praesentes pro tunc circa ecclesiam cathedralis Josephus Olechowski archidiaconus cathedralis Cracoviensis pro tunc praesidens²⁶ ——.

Nr 7

Cesarz Józef II do papieża Piusa VI.

Wiedeń, 3 XI 1785.

Ces. Józef II powiadamia papieża o ugodzie warszawskiej w sprawie utworzenia diecezji tarnowskiej. Nowej diecezji wyznaczył galicyjskie tereny diecezji krakowskiej. Prosi o prekonizację mianowanego przez siebie na biskupstwo tarnowskie ks. Jana Duwala. Powiadamia, że uposażenie biskupa będzie wynosiło 10 000 flor. reń., wikariusza generalnego — 2 000 flor. reń., prałatów kapitulnych — 1 000 flor. reń., kanoników po 800 flor. reń.

Or. BAV. *Processus consist. vol. 187. Processus R.D. Joannis Duwal — 1785 k. 295'.*

Beatissime in Christo Pater Domine Reverendissime. Post officiossimam commendationem filialis observantiae continuum incrementum. Quod bonum spirituale et curam animarum promovet, conamur omnino augere pro felicitate populorum nostrorum. Perpendimus inter cetera vel plurimum conferre, dum ordinato limitum ambitu dioeceseon nova erigatur episcopi sedes, ubi eam numerus populi et territorii ratio exigit. Cum igitur separatio dioecesis episcopatus Cracoviensis, haecenus extensae in Nostras ditiones Regnorum Galiciae et Lodomeriae, per ea, quae Sanctitati Vestrae exposuit Regni Poloniae primas et princeps Poniatowski, ut episcopatus Cracoviensis administrator, iam eum in modum perfecta sit, ut Sanctitas Vestra per decretum consistoriale sub dato Romae die 5 septembris 1785²⁷ hanc separationem benigne rati habere, ac praeterea per aliud decretum consistoriale sub dato eodem die in civitate Tarnoviensi in erectionem novae cathedralis ecclesiae consentire voluerit, prout ex relatione sub dato Romae die 10 septembris huius anni ad Nos a cardinale e comitibus Herzan²⁸ facta amplius intelleximus.

Idcirco id, quod reliquum est, exponimus Sanctitati Vestrae, ut sequitur. Pro limite dioeceseos episcopatus Tarnoviensis constituimus terminos quos hucusque tamquam dioecesis Cracoviensis in Regno Galiciae sitae clausa fuit. Ad futurum episcopum dioecesanum nominamus praesentem officialem Cra-

²⁵ *Michał Jerzy Poniatowski — zob. przyp. nr 10.*

²⁶ *Józef Olechowski — zob. przyp. nr 12.*

²⁷ *Zob. dok. nr 5.*

²⁸ *Franciszek Herzan von Harras, kard. tyt. św. Hieronima Illyricorum (1780), a następcie św. Nereusza i Achillesa (1782), poseł cesarski w Rzymie; zmarł 1 VI 1804.*

coviensem Joannem Duwal²⁹, de cuius meritis, scientia et probitate animo sumus certi, rogantes ut Sanctitas Vestra illum apostolica auctoritate confirmare, ac canonice instituere, atque eundem ut suffraganeum metropolitae Leopoliensi designare velit. Post haec desideria Nostra sunt, ut ecclesia Tarnoviensis in cathedralem evehatur, cui capitulum cathedrale, constans ex praeposito, decano et custode, tamquam tribus cum dignitate, et quatuor aliis canonicis simplicibus accedat, inter quos posteriores unus pro vicario generali episcopi constituatur. Reservamus Nobis et Nostris in regimine successoribus ius nominandi episcopum et omnes canonicos in tempora perpetua. Et pro condigna sustentatione assignamus episcopo 10 000 florenorum Rhenensium, vicario generali 2 000 florenorum, praeposito, decano et custodi cuivis 1 000 florenorum, pro quolibet canonico simplici autem 800 florenorum Rhenensium, omnibus et singulis quotannis certis sub ratis solvendorum. Quos redditus annue ab omni onere libere pro dispositione ad libitum capient, ita quidem, ut plane etiam pro cancellario consistorii episcopalis et reliquis ad consistoriales expeditiones necessariis personis redditus sufficientes et congruos seperatim solvere constituamus. Et haec postulamus filiali cum reverentia, ut Sanctitas Vestra rata et grata habeat. Si tamen qua pleniori dilucidatione opus fuerit, sane haec suppeditabitur a cardinale e somitibus ab Herzan, quem de omnibus singulariter edoceri curavimus. Precamur Deum optimum maximum, ut eandem universali ecclesiae suae diu incolumem servet. Horum testimonium litterarum, manu Nostra subscriptarum et sigillo Nostro Caesareo Regio munitarum. Datum in civitate Nostra Viennae die 3 mensis novembris anno Domini 1785, regnorum Nostrorum Romani imperii 22, et haereditariorum 5. Sanctitatis Vestrae obsequens filius Josephus.

Nr 8

Dekret Kongregacji Konsystorialnej.

Rzym, 5 XI 1785.

Kongregacja Konsystorialna poleca nuncjuszowi apostolskiemu w Wiedniu sporządzenie procesu informacyjnego w sprawie utworzenia diecezji tarnowskiej.

Or. ne znany.

Kop. BAV. *Proces. consist. vol. 187. Processus R.D. Joannis Duwal — 1785 k. 324; tytuł wpisu: Tarnoviensis confectionis processus pro erectione in episcopatum (wg or.).*

Cum Eminentissimus et Reverendissimus Dominus cardinalis Herzan de Harras³⁰ nomine Sacro Caesareae Apostolicae Majestatis humiles Sanctissimo domino nostro preces porrexerit, ut civitatem Tarnoviensem in civitatem episcopalem, ibique novam cathedralem ecclesiam erigere dignaretur. Eadem Sanctitas Sua ad mei infrascripti relationem processus Reverendissimo Domino Apostolico Nuntio ad effectum, de quo agitur, auditis omnibus interesse

²⁹ Jan Duwal, prepozyt kapituły kolegiackiej w Wojniczu, oficjał i wikariusz generalny dla galicyjskiej części diecezji krakowskiej (1779—1785), biskup nominat tarnowski; zmarł 13 XII 1785.

³⁰ Franciszek Herzan — zob. przyp. nr 28.

habentibus, iuxta instructionem benigne committere dignata est, mandavitque expediri decretum ac referri inter acta Sacrae Congregationis Consistorialis. Datum Romae hac die 5 novembris 1785. Petrus M. Nigronus Sacr. Congr. Consist. secretarius ³¹.

Nr 9

Dekret Kongregacji Konsystorialnej.

Rzym, 18 XI 1785.

Kongregacja Konsystorialna, dekretem Sanctissimo domino nostro, potwierdza plan utworzenia diecezji tarnowskiej i podaje projekt przyszłej bulli papieskiej. Przed wyniesieniem miejscowej świątyni kolegiackiej w Tarnowie pw. Narodzenia NMP do godności katedry należy skasować jej przywileje i prerogatywy kolegiaty. Dokument składa się z 13 rozdziałów i omawia przyszłe terytorium diecezji z załączonym wykazem dekanatów i parafii, uposażenie biskupstwa i jego rezydencji, strukturę i uposażenie kapituły katedralnej, sprawę jej statutów, przynależności metropolitalnej nowej diecezji, prawa patronackie i nominacji przyznane cesarzowi Austrii, takse biskupstwa na rzecz kamery apostolskiej oraz problem wykonania przyszłej bulli papieskiej.

Or. Allgemeines Verwaltungsarchiv. Wien. Alte Kultus Akten. Fasc. 144. Nr 74 ex Januario 1786. Or. perg., 23×30 cm., kart 12. Pieczęć woskowa wyciśnięta przez papier.

Kop. HHSt. Wien. Geistliche Agentie — Akten 6. Errezioni nella Monarchia di S. Ippolito, Linz, Tarnovia (wg or.).

Sanctissimo domno nostro Pio Papae VII ³² Eminentissimus ac Reverendissimus Dominus cardinalis Herzan de Harras, Sacrae Caesareae et Apostolicae Majestatis apud Sanctam Sedem minister plenipotentarius ³³ non minus pie, quam enixe supplicavit, ut ad augenda utiliusque ordinanda spiritualia populorum sibi concreditorum subsidia, partem illam quae in Regnis Galiciae et Lodomeriae comprehenditur et in Cracoviensi dioecesi consistit, iam ab eadem Cracoviensi dioecesi dismembratam vigore instrumenti cessionis et concordiae inter ipsumet archiepiscopum (k. 1^o) Gnesnensem, utpote cathedralis ecclesiae Cracoviensis administratorem ³⁴, una cum eodem capitulo Cracoviense ex altera, partibus confecti, et ab eadem Sanctitate Sua per consistoriale decretum sub datum 5 septembris currentis anni approbati ³⁵, causa sibi erigendi novum episcopatum, partem illam inquam, civitatem nempe Tarnoviensem in civitatem episcopalem, atque ecclesiam collegiatam Nativitatis B.M.V. ibidem existentem in cathedralem ecclesiam erigere, ac pro limite dioeceseos novi episcopatus Tarnoviensis terminos, quos hucusque tamquam dioecesis Cracoviensis in Regno Galiciae sitae clausa fuit, constituere dignaretur.

³¹ Piotr Maria Nigronus — zob. przyp. nr 24.

³² Pap. Pius VI — zob. przyp. nr 23.

³³ Franciszek Herzan — zob. przyp. nr 28.

³⁴ Michał Jerzy Poniatowski — zob. przyp. nr 10.

³⁵ Zob. dok. nr 2 i 5.

Cumque ex processu a R.D. Apostolico Viennae Nuntio transmissio, et ad hunc effectum ab eodem constructo in vim facultatis ab eadem Sanctitate Sua ipsi impertitae iuxta consistoriale decretum diei 5 septembris (k. 2) currentis anni, constituerit de necessitate atque utilitate eiusdem civitatis Tarnoviensis erectionis in episcopatum, auditisque insuper ab eodem R.D. Apostolico Nuntio omnibus interesse habentibus, qui non tam libere, quam libenter erectioni praesenti consenserunt. Eadem Sanctitas Sua, omnibus mature perpensis, deque apostolicae potestatis plenitudine, piis Sacrae Caesareae et Apostolicae Majestatis votis obsecundare intendens, huiusmodi erectionem in episcopatum benigne decrevit, eamque ad mei infrascripti relationem exequendam statuit in eum, qui sequitur modum.

I

Mandabit in primis, ut civitas Tarnoviensis in civitatem episcopalem illiusque collegiata et parochialis ecclesiae sub Nativitatis B.M. Virginis invocatione in cathedralis erigatur cum omnibus signis, insignibus, privilegiis, praerogativis, iuribus (k. 2'), exemptionibus, facultatibus, quibus exteri in Galiciae et Lodomeriae Regnis episcopatus, non tamen titulo oneris acquisitis, fruuntur et gaudent.

II

Deinde, attamen ab archiepiscopo Gnesnensi, utpote cathedralis Cracoviensis administratore, eiusdemque ecclesiae cathedralis Cracoviensis Capitulo facta cessione, ab episcopali Cracoviensis dioecesis praefata Sanctitas Sua illam, quae in Regnis Galiciae et Lodomeriae comprehenditur, ac in dioecesi Cracoviensi consistit partem, in qua sequentes decanatus et parociae reperuntur, videlicet:

(k. 3) Decanatus Pilsnensis, parochialis: Tarnów, Lisia Góra, Wietrzychowice, Zbylitowska Góra, Pleśna, Siemiechów, Brzozowa, Gromnik, Poręba, Piotrkowice, Łękawica, Tuchów, Skrzyszów, Ryglisce, Szynwałd, Zalasowa, Jastrząbka, Straszęcın, Pilzno, Łęki, Machowa, Zwiernik, Lubeza, Jurków, Jodłówka³⁶.

Decanatus Radomyslensis, parochialis: Radomyśl, Gręboszów, Otfinów, Żabno, Odporyszów, Olesno, Bolesław, Dąbrowa, Luszowice, Radgoszcz, Zdziarzec, Stupiec, Szczucin, Wadowice, Zgórsko, Borowa, Książnice, Przeclaw, Zassów, Czermın.

Decanatus Mielecensis, parochialis: Baranów, Padew (k. 3'), Gawłuszowice, Ostrów, Mielec, Chorzelów, Cmolas, Trzęsówka, Rzechów, Niwiska, Kolbuszowa, Ocieka, Czarna, Witkowice.

Decanatus Ropczycensis, parochialis: Nockowa, Mała, Dębica, Wielopole, Łączki, Gumńska, Brzeziny, Siedliska, Pstragowa, Góra, Ropczyce, Lubzina, Zawada, Brzeźnica, Dobrków

Decanatus Miechocinensis, parochialis: Miechocin, Wielowieś, Trześń, Gorzyce, Wrzawy, Pniów, Radomyśl, Zaleszany, Turbia, Pysznic.

Decanatus (k. 4) Rudnicensis, parochialis: Górnio, Jezowe, Raclawice, Rudnik, Łętownia, Bieliny, Ulanów, Grębów, Rozwadów

Decanatus Głogoviensis, parochialis: Głogów, Mrowla, Sędziszów, Trzciana, Zgłobień, Przewrotne, Ranizów, Majdan, Dzikowiec.

Decanatus Dembowecensis, parochialis. Nowy Żmigród, Stary Żmigród,

³⁶ Wymienione w dekrete dekanaty i miejscowości weszły wszystkie w skład nowej diecezji tarnowskiej, obecnie znajdują się na terenie woj. krakowskiego i rzeszowskiego oraz w Czechosłowacji (okręg lubowelski). Nazwy miejscowości podano w dzisiejszym brzmieniu.

Nienaszów, Kobylany, Osiek, Wietrzno, Dukla, Samokłęski, Dębowiec, Łęzyny, Załęże, Cieklin, Osobnica, Zręcin, Lubienko, Jedlicze.

Decanatus (k. 4) *Jaslensis*, parochialis: Jasło, Warzyce, Szebnie, Tarnowiec, Święcany, Ołpiny, Szerzyny, Binarowa, Sławęcın, Trzcınica, Czerмна, Rzepiennik, Bączal, Kołaczyce, Biezdzedza, Lubla, Rożnowice.

Decanatus *Becensis*, parochialis: Biecz, Zborowice, Szalowa, Polna, Kobylanka, Libusza, Łużna, Moszczenica, Zagórzany, Gorlice, Szymbark, Sękowa, Ropa, Turza, Staszkówka, Lipinki, Harkłowa.

Decanatus *Strzyżoviensis*, parochialis: Fryszak, (k. 5) Czudec, Połomia, Niebylec, Strzyżów, Łęki, Łączki, Dobrzechów, Niewodna, Brzostek, Gogolów, Jodłowa, Lutcza, Przeczyca, Brzyska, Klecie.

Decanatus *Sandecensis*, parochialis: Nowy Sącz, Wielogłowy, Mystków, Żeleźnikowa, Nawojowa, Biegonice, Kamionka, Limanowa, Męcina, Pisarzowa, Chomranice, Ujanowice, Jakubkowice, Tęgoborze, Zbyszyce.

Decanatus *Boboviensis*, parochialis: Bobowa, Lipnica Wielka, Mogilno, Korzenna, Krużłowa, Grybów (k. 5), Ptaszkowa, Podole, Rożnów, Tropie, Jastrzębia, Bruśnik, Ciężkowice, Wilczyska, Siedlice.

Decanatus *Loncensis*, parochialis: Łącko, Kanina, Przyszowa, Jazowsko, Podegrodzie, Czarny Potok, Stary Sącz, Piwniczna, Muszyna, Tylicz, Barcice, Łukowica.

Decanatus *Neoforiensis*, parochialis: Nowy Targ, Szaflary, Klikuszowa, Kamienica, Maniowy, Krościenko, Tylmanowa, Ochotnica, Harkłowa, Ostrowsko, Białka, Ludźmierz, Czarny Dunajec, Chochołów.

Decanatus *Tymbarkensis*, parochialis: Tymbark, Słopnice, Olszówka, Niedźwiedz, Mszana Dolna, Dobra, Wilkowisko, Skrzydlina, Łososiņa (k. 6), Góra św. Jana, Szyk, Rybie.

Decanatus *Scepusiensis*, parochialis: Gniazdo, Stara Lubowla, Hobgard, Lubowla Nowa, Drużbaki Dolne, Drużbaki Górne, Podoliniec.

Decanatus *Myslenicensis*, parochialis: Myślenice, Spytkowice, Jordanów, Łętwnia, Rabka, Raba Wyznia, Lubień, Pcim, Sułkowice, Trzebnia, Harbutowice, Lanekorona, Izdebnik, Krzywaczka, Jawornik.

Decanatus *Scavinensis*, parochialis: Skawina, Pobiodr, (k. 6') Krzęcin, Wola Radziszowska, Radziszów, Tyniec, Gaj, Mogilany, Głogoczów, Zebrzydowice, Leńcze, Przytkowice, Marcyporeba, Barwałd, Stryszów, Klecza.

Decanatus *Vadovicensis*, parochialis: Wadowice, Witanowice, Tłuczań, Ryczów, Woźniki, Spytkowice, Palczowice, Zator, Graboszyce, Frydrychowice, Inwałd, Wieprz, Andrychów, Gierałtowice, Głębowice, Piotrowice, Polanka, Przeciszów, Radocza.

Decanatus *Oswiecimensis*, parochialis: Oświęcim, Włosienica, (k. 7) Poręba Wielka, Grojec, Osiek, Jawiszowice, Dankowice, Bestwina, Starawieś, Komorowice, Lipnik, Czaniec, Pisarzowice, Kęty, Bielany, Witkowice, Nidek, Wilamowice.

Decanatus *Zyvecensis*, parochialis: Żywiec, Miłówka, Radziechowy, Cięcina, Łodygowice, Rychwałd, Jeleśnia, Ślemień, Sucha, Skrzyszów, Maków Podhalański, Sidzina, Skawica, Zembrzyce, Mucharz.

Decanatus *Wielicensis*, parochialis: Wieliczka, Podstolice, Kosocice, Biezanów (k. 7), Bodzanów, Biskupice, Łazany, Niegowić, Brzezie, Niepołomice, Zabierzów, Grabie, Siepraw, Dziekanowice, Zakliczyn, Gdów, Mikuszowice, Ludwinów.

Decanatus *Bochnensis*, parochialis: Bochnia, Trzemeśna, Droginia, Dobczyce, Wiśniewa, Gruszów, Tarnawa, Łapanów, Sobolew, Trzciana, Żegocina, Pogwizdów, Łapczyca, Cheim, Królówka, Rajbrot.

Decanatus Brestensis, parochialis: Brzesko, Wiśnicz Stary, Chronów, Wiśnicz Nowy, Brzeźnica, Lipnica Murowana, Wojakowa, Poręba Spytkowska, Gosprzydowa, Tymowa, Uszew, Gnojnik, Czechów, Domosławice, Złota, Porąbka Uszewska, Melsztyn, Gwoździec, Olszyny, Paleśnica.

(k. 8) Decanatus Voynicensis, parochialis: Wojnicz, Radłów, Dębno, Szczepanów, Uście Solne, Borzęcin, Strzelce Wielkie, Jadowniki, Jasień, Rzezawa, Szczurawa, Cerekiew, Okulice, Wierzchosławice, Krzyżanowice —

perpetuo dismembrare, dividere ac separare benigne dignata est, nec non eadem parte, sic dismembrata, divisa et separata utriusque (k. 8') sexus personas, habitatores et incolas, tam laicos quam clericos, presbyteros, beneficiatos et religiosos, non tamen exemptos, cuiuscunque status gradus, ordinis et conditionis existant, ab ordinaria iurisdictione, potestate et superioritate moderatorum, quorum ad hoc expressus accedit assensus, et pro tempore existentium, archiepiscopi Gnesnensis, utpote cathedralis Cracoviensis administratoris, eiusdemque Cracoviensis Ecclesiae Capituli similiter perpetuo de apostolica potestatis plenitudine exemit atque disiunxit.

III

Hinc huiusmodi disiunctione, exemptione, divisione et separatione per eandem Sanctitatem Suam factis, supradictam, quae in Regnis Galiciae et Lodomeriae comprehenditur, atque in (k. 9) dioecesi consistit, partem atque in illa existentes decanatus et paraecclesias, in superiori articulo expressos et expressas, ab episcopali Cracoviensi dioecesi praefata avulsos, et separatos, nec non avulsas et separatas, pro dioecesi episcopatus Tarnoviensis, ubi novus episcopus eiusque in praefato episcopatu successores semper residere debebunt, idem Sanctissimus dominus noster perpetuo assignavit, adiudicavit et constituit, nec non eosdem habitatores et incolas, ac religiosos superius expressos episcopali ecclesiae Tarnoviensi eiusque futuro praesuli pro suis civitate, territorio, dioecesi, clero et populo itidem perpetuo supponit, atque subiecit.

IV

Mensae autem episcopali pro illius dote et (k. 9') ad hoc, ut novus episcopus eiusque in episcopatu successores praesulis dignitatem decenter tueri valeant, annuam summam 10 millium flor. Rhenensium a Sacro Caesarea et Apostolica Majestate Sua perpetuis temporibus, omnique onere liberam, pro ipsius episcopi usibus assignatam, ita ut praefata Majestas Sua expensis consistorii et expeditionibus eiusdem libertates aliunde prospexerit, eadem Sanctitas Sua approbavit, atque constituit.

V

Pro decenti quoque novi episcopi eiusque successorum habitatione, praefata Sanctitas Sua aedificium satis commodum, ac sufficienter instructum, ab eadem Majestate Sua iam designatum, perpetuo adscripsit.

VI

(k. 10) Capitulum vero novae cathedralis ecclesiae Tarnoviensis sic erectae, vel erigendae, septem constabit canonicis, inter quos dignitates tres, quarum prima post pontificalem eadem Sanctitas Sua constituit praepositum, secundam decanum, tertiam custodem; praeterea in eadem cathedrali ecclesia praeter nonnullos eidem ecclesiae inservientes aderit vicepraepositus, qui curam animarum una cum quatuor vicariis seu curatis exerceat. Praefata vero prima

dignitas iis omnibus praeeminentiss, quae de iure debetur, gaudeat, habeatque pro sua annua praebenda, sicuti et aliae duae superius enumeratae dignitates, summam flor. Rhenensium mille. Reliqui autem canonici pro quolibet flor. 800, quorum tamen simul et vicarii generalis munere fungetur (qui perpetuo de gremio ipsius (k. 10') capituli sumi debeat), comprehensis canonicalis et praebendalis 1 000 flor. similes annuatim respective percipient, iisdemque annuis redditibus praeter dignitates vicarius generalis et canonici praefati ex eiusdem Majestatis Suae liberalitate gaudebunt et perfruentur.

VII

Quoniam autem in praefato sic erecto, vel erigendo, capitulo novae cathedralis ecclesiae sub Nativitatis B.M. Virginis invocatione non adsunt praebendae theologalis et paenitentiarum, Sanctitas Sua propterea mandavit, ut iuxta Sac. Sancilii Tridentini³⁷ praescriptum erigatur, conscientiam novi episcopi super his onerando.

VIII

(k. 11) Facultatem quoque novi cathedralis capituli impertita esse condendi statuta, quae ab ordinario erunt adprobatae et gaudendi privilegiis omnibus ad instar aliarum cathedralium, non tamen titulo oneroso acquisitas.

IX

Volut etiam, ut ecclesia Tarnoviensis in cathedralem sic erecta archiepiscopo Leopoliensi metropolitico iuri subsit, et omnibus facultatibus, exemptionibus, praerogativis, honoribus et iuribus, quae ad ecclesias cathedrales pertinent, fruatur et gaudeat.

X

Placuit insuper eidem Sanctitati Suae perpetuo re (k. 11') servare Sacrae Caesareae et Apostolicae Majestatis Suae eiusque in regimine successoribus ius nominandi seu praesentandi infra tempus a iure praefixo Sanctitati Suae et Romano Pontifici pro tempore existenti personam idoneam ad praefatam cathedralem sic erectam Tarnoviensem, in episcopum per eandem Sanctitatem Suam praeficiendam a primaeva erectione vacantem, tam pro prima vice, quam in futuris illius vacationibus quomodolibet contingentibus, pari prorsus modo quoad nominationem eandem seu praesentationem episcopi ecclesiarum in praefatis Galicie et Lodomeriae Regnis existentium praefici consueverunt. Eodemque ac simili modo eadem Sanctitas Sua praefatae Sacrae Caesareae et Apostolicae Majestatis eiusque in regimine successoribus ad omnia in capitulo beneficia ecclesiastica et canonicatus ius nominandi reservavit.

(k. 12) XI

Decrevit praeterea Sanctitas Sua ecclesiam Tarnoviensem iuxta eius redditus de more taxari, ac huiusmodi taxam in libris Camerae Apostolicae ad flor. ...³⁸.

XII

Mandavit deinde, ut omnia et singula in supradictis articulis contenta et

³⁷ Sobór trydencki uchwalil 17 VI 1546 r., by przy kazdej kapitule katedralnej był kanonik teolog, zaś w dniu 11 XI 1563 r. podobną uchwałę przedsięwziął w sprawie ustanowienia kanonika penitencjarza (Sess. V de reform. cap. 1; Sess. XXIV de reform. cap. 8).

³⁸ Nie podano sumy.

expressa, in unica apostolica bulla sub plumbo expedienda pro novi episcopatus ac cathedralis erectione, inservantur, illorumque executio et plena observantia in eadem apostolica bulla demandatur et praecipitur.

XIII

Ad huiusmodi postremo erectionem in episcopatum aliaque omnia in his articulis expressa, eadem Sanctitas Sua in exequutore litterarum apostolicarum (k. 12') per praesenti gratia conficiendarum R.D. apostolicum nuntium reputavit cum facultatibus accessoriis et opportunis, etiam subdelegandi quamcunque personam in ecclesiastica dignitate constitutam, ad effectum, de quo agitur, nec non cum facultate eidem R.D. apostolico nuntio, sive eius subdelegato etiam definitive pronuntiandi super quacunque oppositione adversus praemissa, quomodolibet oritura, praesensque decretum inter acta Sac. Congr. Consistorialis referri mandavit. Datum Romae hac die 18 mensis novembris anno Domini 1785. Petrus — S. Congreg. Consistorialis praefectus.

Nr 10

Cesarz Józef II do papieża Piusa VI.

Wiedeń, 22 II 1786.

Ces. Józef II prosi pap. Piusa VI o prekonizację ks. Floriana Amada Janowskiego, opata tyńieckiego, na tworzone biskupstwo tarnowskie. Powiada, że uposażenie biskupa będzie wynosiło 10 000 flor. reń., wikariusza generalnego — 2 000 flor. reń., prałatów kapitulnych — 1 000 flor. reń., kanoników po 800 flor. reń.

Or. nie znany.

Kop. *Allgemeines Verwaltungsarchiv. Wien. Alte Kultus Akten. Fasc. 144. Nr 476 ex Februario 1786 (wg or.).*

Beatissime! Quod bonum spirituale et curam animarum promovet, conamur omnino augere pro felicitate populorum nostrorum. Perpendimus inter cetera vel plurimum conferre, dum ordinato limitum ambitu dioeceseon nova erigatur episcopi sedes, ubi eam numerus populi et territorii ratio exigit. Cum igitur separatio dioecesis episcopatus Cracoviensis, hactenus extensae in Nostras ditiones Regnorum Galiciae et Lodomeriae, per ea, quae Sanctitati Vestrae exposuit Regni Poloniae primas et princeps Poniatowski, ut episcopatus Cracoviensis administrator, iam eum in modum perfecta sit, ut Sanctitas Vestra per decretum consistoriale sub dato Romae die 5 septembris 1785³⁹ hanc separationem benigne rati habere, ac praeterea per aliud decretum consistoriale sub dato eodem die in civitate Tarnoviensi in erectionem novae cathedralis ecclesiae consentire voluerit, prout ex relatione sub dato Romae die 10 septembris huius anni ad Nos a cardinale e comitibus Herzan⁴⁰ facta amplius intelleximus.

Idcirco id, quod reliquum est, exponimus Sanctitati Vestrae, ut sequitur. Pro limite dioeceseos episcopatus Tarnoviensis constituimus terminos, quibus hucusque tamquam dioecesis Cracoviensis in Regno Galiciae sitae clausa fuit.

³⁹ *Zob. dok. nr 5.*

⁴⁰ *Franciszek Herzan — zob. przyp. nr 28.*

Ad futurum episcopum dioecesanum nominamus Amandum de Janowski hactenus abbatem Tinicensem ordinis s. Benedicti⁴¹ in Regno Nostro Galiciae, de cuius meritis, scientia, dexteritate et probitate omnino sumus certi, rogantes, ut Sanctitas Vestra illum apostolica auctoritate confirmare et canonicè instituere, atque eundem ut suffraganeum metropolitae Leopoliensi designare velit. Post haec desideria Nostra sunt, ut ecclesia Tarnoviensis in cathedralem elevetur, cui capitulum cathedrale, constans ex praeposito, decano et custode tanquam tribus cum dignitate, et quatuor aliis canonicis simplicibus accedat, inter quos posteriores unus pro vicario generali episcopi constituatur. Reservamus Nobis et Nostris in regimine successoribus ius nominandi episcopum et omnes canonicos in tempora perpetua, et pro condigna sustentatione assignamus episcopo 10 000 flor. Rhenensium, vicario generali 2 000 flor., praeposito, decano et custodi cuivis 1 000 flor., pro quolibet canonico simplici autem 800 flor. Rhenensium, omnibus et singulis quotannis certis sub ratis solvendorum. Quos redditus annue ad libitum capient, ita quidem ut plane etiam pro cancellario consistorii episcopalis et reliquis ad consistoriales expeditiones necessariis personis redditus sufficientes et congruos separatim solvere constituamus.

Et haec postulamus filiali cum reverentia, ut Sanctitas Vestra rata et grata habeat. Si tamen, qua pleniori dilucidatione opus fuerit, sane haec suppeditabitur a cardinale e comitibus ab Herzan, quem de omnibus singulariter edoceri curavimus. Precamur Deum optimum maximum, ut eandem universali ecclesiae suae diu incolumem servet. Datum in civitate Nostra Viennae die 22 mensis februarii anno Domini 1786, regnorum Nostrorum Romani imperii 23, et haereditariorum 6. Sanctitatis Vestrae obsequens filius Iosephus.

⁴¹ *Florian Amand Janowski — zob. przyp. nr 11.*